



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 13. In Anglia classicum sacrum contra Clementem canitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

nia, & Severinofanenfi promulgandum, Sæcul. XIV.  
A. C. 1382.  
ac vulgari explicandum sermone cures, addendosque Christianis animos, ut pro causa Ecclesiæ sub crucis vexilla coeant. Dabat Romæ 4 Cal. Oct.

Georgio Amalphitano Archiepiscopo easdem misit litteras etiam per Fratres quatuor Ordinum Mendicantium promulgandas. In regnum Neapolitanum venire cum copiis iusserat Joannem Agutium Ducem Anglum; quibus ut stipendia solveret, Clero regionis tributum imposuerat; sed is hoc pendere recusabat. Quod ille per epistolam 14 Novembris datam Neapolis, & Capuæ Archiepiscopis vehementer exprobravit, se pro eorum tutela suum ipsius ærarium exhaustisse memorans.

## §. XIII.

*In Anglia classicum sacrum contra  
Clementem canitur.*

Joannes Gandavenfis Lancastris Dux, & Anglorum Regis patruus ad Castellæ solium aspirans, ut Regem Joannem a Papa Urbano VI proscriptum inde pelleret, induerat crucem; sed quænam essent sacræ militiæ jura, & privilegia, doceri a Papa cupiit: quod is fecit per litteras datas 8 Apr. 1383. Remittit eum ad sanctionem magni Concilii Lateranensis,

*Rayn. 1383.  
n. 9.*

*Sup. lib. 72.  
§. 17.*

Sæcul. XIV. A. C. 1383. *Valsing.* p. 291. fis, seu potius ad litteras Innocentii III anno 1213 scriptas, quarum clausulas præcipuas refert. Sed sacrum hoc bellum non gessit Lancastriæ Dux, Hispaniæ loco in Scotiam ire coactus.

*p. 294.* Interim Papa Urbanus Henrico Spencero Norvicensi Episcopo litteras miserat, ut bellicum sacrum contra Galliam, & Clementem caneret: quo fine potestatem magnam, & multiplicem ei contulit ut Nuncio Apostolico: ac Episcopus illas omnibus Eboracensis dioeceseos Parochis significavit per edictum datum 9 Febr. an. 1382, scilicet 1383 ante Pascha. Præter noxarum veniam pro militia sacra concessam e cunctis Ecclesiis Angliæ colligi decimam integram iussit Urbanus, quippe qui probe sciret armatos Nobiles aliosque non ituros sine pecunia. Milites enim, ait Froissardus scriptor coævus, non vivunt ex indulgentiis, nec magnam earum rationem ducunt, præterquam in mortis articulo. Exactio, usque decimæ, ac imperium in universas sacrae Crucis copias committebantur Episcopo Norvicensi.

*Vals. p. 298.* Sub festum SS. Triadis diem 17 Maji se dedit in viam cum parte sui exercitus: qua navibus imposita Caletum advenit. Sed cum ingredi Franciam, & Clementinos aggredi deberet, deflexo inde itinere arma Flandris intulit, etsi Urbano Anglorum

*Froiss. c. 134.* 155.

glorum instar faventibus. Conquerenti Sæcul. XIV.  
 Flandriæ Comiti subveniens Galliae Rex A. C. 1383.  
 Episcopum abducere copias, ac redire in Angliam  
 coëgit.

## §. XIV.

*Urbanus Neapolim venit.*

Papæ Urbano Carolus de Pace non fa- Th. Niem.  
 ciebat satis, quasi nimium cunctans c. 28.  
 ipsius nepotem Franciscum Prignanum in  
 possessionem Amalphitani, Capuanique  
 ducatum mittere, & Andegaviæ Duci  
 parum fortiter se opponens. Ergo Nea-  
 polim ille adire statuit contra sententiam  
 sex aut septem Cardinalium, quanta pe-  
 ricula subiret, exponentium: at sui judi-  
 cii tenax nolebat quidpiam opponi sibi.  
 Egressus Roma per causam luis ibi graf-  
 fantis Tibur petiit 13 Cal. Majas. Ineun- Rayn. 1383.  
 te Septembri Ferentinum se contulit; un- n. 3.  
 de Cardinalibus, qui dissuaserant iter, ac  
 Romæ manserant, mandatum misit, ut  
 protinus ad ipsum venirent. Illi, quo mi-  
 nus præsto essent, causabantur inopiam  
 suam, viasque infestas Britonum Cle-  
 menti studentium excursionibus ex urbe  
 Anagnia, quam incolerent. Urbanus id  
 responsum pro seditionis signo accipiens  
 contra eos conviciis plenas, ac perniciosi  
 exempli litteras edidit, eosdem purpura  
 privaturus, nisi brevi postea ipsum secuti  
 essent. Elapso